



Sammelband von Dina



U. g. 1975

THESES

Disput. VII. lib. II. Instit.

Ex litt.

QVIBVS A-
LIEN. LIC. VEL NON.
ET PER QVAS PERS. CUI-
QUE ADQ. CVM CONCORD.
D. ET C. TITT.

QVAS
DEO TER. OPT. MAX. AVSP.

In pr. Instit. Coll.

Nob. Cl. Conf. Viri

DN. ARNOLDI DE REY-
GER I. V. D. ET IN INCL,
Ienensi Acad. Pandect. Profess. P. eius-
que absentis loco

PRÆSIDE

DN. IOACHIMO DELIO I. Cand.
*Discutiendas prop. & pro ingenio modulo
tutari conabitur*

VI. a. d. Cal. VIIIbris

hora & loc. conf.

IOACHIMVS QVILITZ
Neobrand. Megapol.

*Non facile est, permanere civitatem non legibus &
consuetudinibus compositam.*

Aristoteles 6. politicorum.

IENAE Ex typographico Tobia Steinmanni,
Anno M. D. XCIV.



ANTIQUO STEMMATE
Et virtute nobiliss. Et amplissim. viro Domino
JACOBO ab HOLSTEN, hereditario in
Altekerzhagen Et Dilen. Domino
in Bresen pinnovo Et Holdens
storp. Mecœnati suo
pl. col.

Dedito studio
observantiq, animo

Hasce posuit, D. D. D.

Ioachimus Quilitz R.



Continuatio.

Dominii acquirendi & gentium & civili jure modis expositis, antequam Imperator ad eos quibus per universitatem nobis res adquiruntur, deveniat, duo commode proposuit, Quibus alienare liceat vel non: Quatque per personas nobis adquiratur; de quibus videbimus.

THESIS I.



Tenim accidit aliquando, ut qui dominus rei sit, alienare tamen non possit: & contra, qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat.

pr. In. Quibus alien. lic. vel non.

2.

Quippe maritus, qui juris civilis fictione dotis est dominus *a*, res dotales, l. Juliae de fundo dotali *b*, jure veteri explorato, hodiè nec consentiente & volente quidam muliere, vel alienare, vel obligare potest *c*.

a l. si pradium 23. C. de iu. dot. l. doce ancillam C. de rei vindic. l. in rebus 30. C. de iu. dot. S. per traditi: Inst. de re, div. l. quamvis 75. de iu. dot. Cuiac. 10. observ. 32. Mercat. 3. notat. 9. Borch. pr. Inst. h. t. & d. S. per traditi. V. Corras. 5. miscel. 14. Connan. 8. comment. 9. n. 4. & 5. Ar. Pinell. l. 1. par. 3. n. 12. C. de bon. mat. Duar. l. 1. de dot. Schneid. Inst. h. t. n. 5. Mynsing. n. 2. Wesenb. num. 5. Rob. 3. sent. 18. & 3. animadv. 9. *b* l. 1. de fund. dot. quæ pars fuit l. Juliae de adulter. Paulus 2. sent. 21. Barnab. Brisso. lib. sing. ad l. Juliam de adulter. S. sin. in princ. Cuiac. in notis ad h. t. c. d. pr. In. h. t. l. un. S. & cum lex Julia. C. de rei ux. act.

A 2

Quod

3.
Quod adeò verum est, vt alienationi consensus à muliere adhibitus, iure ciuili nec iureiurando possit confirmari a. contrarium est de iure canonico.

a. l. iuris gentium 7. §. & generaliter de pactis, l. non dubium C. de legib. b c. cum contingat ex. de iureiurando. c. 2. eodem. in 6. Barnabas Briss. lib. sing. ad l. Iul. de adulter. §. f. in f. Duare. tit. de fund. dot. in f. Mynsing. in. h. t. n. 10. Wesenb. n. 8. Covarru. c. quamuis pactum. par. 2. relect. §. 1. n. 14. de pactis. in 6.

4.
Verum non indefinitè hæc à lege proponuntur; res namq; æstimatæ si in dotem datæ sint, cum æstimatione ea emptio venditio quodammodo contrahatur, & impunis erit alienatio. b.

a l. plerumq; 10. de iur. dot. eleganter Cuiac. 17. obs. 1. b l. si pater 12. §. si fundo l. fin. de fund. dot. d. c. vn. §. & cum lex C. de rei vxo. act. Schneid. hic n. 9. Borch. pr. Inst. h. tit. Diss. Mynsing. n. 11.

5.
Sed & res quæ seruando seruari non possunt, rectè maritum alienare posse, communiter est receptum. quod & in reb. functionem in suo genere recipientib. adfirmatur.

Arg. l. lex qua tut. C. de admin. tut. l. res in dotem. 42. de iur. dot. Schneid. pr. l. h. t. n. 10. 11. Mynsing. n. 12. Wesenb. n. 3.

6.
Porro neq; pupillus sine tutoris: aut pubes, furiosus, prodigus, absq; curatoris auctoritate res suas alienare possunt: quo fit vt si mutuam pecuniam dederint, nihil agant, Nummi namq; extantes, vindicabuntur: si bona fide

fide consumti, condicentur; sin mala fide, ad exhibendum
agerur.

*§. nunc admonendi l. h. t. l. 3. C. de in integr. restit. §.
furiosi. sup. de Curat. Schneid. d. §. nunc adm. n. 9. 10.
Vvesenb. n. 3.*

7.

At ex contrario; omnes res pupillo, cæterisq; quos
diximus, rectè dari possunt. Sed si debitor pupillo soluat,
tutoris auctoritatem interuenire necesse est: alioqui sol-
uendo non liberatur.

*d. §. nunc admonendi. 2. In h. t. l. pupillo 15. ff. de so-
lut. l. contra 28. de pact. Cic. in top. in loc. de diff. rei (mibi)
n. 32.*

8.

Si tamen absque tutoris auctoritate debitum pupil-
lo exsoluatur, idemq; is denuò petat; si nummi salui sint,
aut ex ijs pupillus locupletior sit factus, doli mali exce-
ptione à debitore repelletur.

*d. §. nunc adm. 2. v. sin autem In. h. t. d. l. 15. de so-
lut. l. apud Celsum 4. §. si quis 4. de doli mali & met. ex-
cept.*

9.

Vtut autem tutoris maximè auctoritate debitum
soluas, nondum tamen satis firmiter liberaberis. Etenim
& hoc casu minor si damnum passus sit, restitutionis be-
neficium potest implorare: quod tamen an sibi tribuen-
dum sit, per causæ cognitionem æstimabitur: sine magna
causa certè non tribuetur.

*l. 1. C. si adv. solut. vbi Duare. Caiac. ad l. ait prator.
7. de minor. 25. an. quos omn. v.*

10.

Quò igitur debitores plenissimam consequantur

A 3

securi-

securitatem, D. Iustiniani constituit: cautum est, ut iudicis decreto, sine debitoris damno celebrato, tutoribus curatoribusve pupillorum vel auctororum solutio fiat.

l. Sancimus 25. C. de adm. tut. d. §. nunc admon. 2. In h. t.

11.

Quid si minor curatorem non habeat? permittitur debitoribus compellere adolescentem ad petendos sibi curatores; quibus deinde ex decreto recte poterit solui.

d. l. ait prator 7. §. sed etsi ff. de mino.

12.

Sed ex diuerso pupilli sine tutoris auctoritate solvere non possunt. Nulla namque rei alienatio absque eâ, sibi concessa est.

d. §. 2. v. f. Inst. h. t. l. quod si forte 14. §. f. d. solut.

13.

Idem in minore, furioso, & prodigo statuimus. minor certe curatorem habens personam suam obligare sine curatoris interuentu potest: rem alienare prohibetur. *a* De furioso & prodigo planè idem quod in pupillo adserendum videtur *b*.

a l. puberes 101. d. V. O. l. 3. C. de in integ. resti. min. Cuiac. d. l. 101. Vult. lib. 1. discept. 16. Diss. Duare. & Donnellus d. l. 101. Goedd. l. 21. d. V. S. Robert. 1. animad. 12. b l. is cui 6. d. V. O. ubi Cuiac. & Duaren.

14.

In eo vero differunt: quod pupillus sine tutoris auctoritate contrahens naturaliter obligetur, si factus sit locupletior *a*. furiosus & prodigus nullo modo; & ideo nec fideiussor pro ijs interuenire possit. *b*.

a l. naturaliter §. 1. cum l. seq. l. quod pupillus 41. d. condict. in deb. l. verum 9. cum l. seq. de institor. l. 3. commod. l. in pupillo

pupillo 47. de solut. Cuiac. l. 127. d. V. O. & 17. obser. 4. &
Mercat. 3. not. 21. cum seq. Vult. d. lib. 1. discept. 16. Diss. Do-
nell. d. l. 127. Corras. 6. miscell. 22. Robert. 2. recept. lect. 17. &
3. animad. 21. cum seq. b. d. l. is cui 6. vbi Cuiac. Duare. Don.
n. 15. l. si a reo 70. §. si a furio. de fideiussor.

15.

In prodigo dubitatum est, an ipso iure: hoc est, eo
ipso quod prodigus est: an vero iudicis sententia, ei bo-
nis interdicator. Quarum posterior verissima.

§. furioso v. sed solent. vbi Borch. VVesemb. Mynsin. n. 6.
7. Schneid. n. 8. In. de curator. l. Iulianus 10. de curat. fu-
rio. Cuiac. Duaren. d. l. is cui 6. de V. O. Diss. Donell. d. l. 6.
n. 5.

16.

Ex diuerso; vt quos iam diximus, vt maximè domini
sint, rerum tamen suarum liberam alienationem non ha-
beant: sic creditor pignus licet dominus non sit, debito-
re cessante, distrahere non prohibetur,

§. contra In. h. tit.

17.

Quod tamen non perpetuò eodem se habet modo,
Etenim aut inuicem de alienatione sunt pacti, & pactio-
ni est standum; aut nihil conuenit; & debitori absque
vlla denunciatione pignus vendere permittitur. b.

a l. 4. de pignorat. act. l. 3. §. 1. C. de iure domini impetr.
b l. si cessante 7. C. de distraet. pign. Donell. cap. 12. de pign.
Connan. 4. com. 18. n. 7. Diss. Negusant. par. 6. memb. 1. n. 2. de
pign. VVesemb. in par. de distra. pign. Cuiac. 2. sent. Paul. t. 5.
Mynsing. n. 6. Schneid. d. §. contra n. 2. h. t.

18.

Penè tamen necesse est: creditor etiam doli suspicione
eo ipso liberatur; vt solenniter & bona fide pignus pro-
scribat;

scribat; quodq; gerit debitori notum faciat, vel quando licet testatò dicat; alioqui verendum ne aliquando dolo fecisse arguatur.

l. creditor, 4. l. qua specialiter 9. C. de distract. pig. Donel. d. cap. 12. Dissentit. nonnihil Connan. 5. comm. 18. n. 6. in f. v. Cuiac. 5. obser. 31.

19.

Sin autem de non distrahendo inuicem sint pacti, creditor si distraxerit pignus, furti obligatur; a nisi debitori ter fuerit denunciatum vt soluat, isq; cessauerit b.

a d. l. si con. 4. de pig. act. l. is qui pig. 73. de furt. b d. l. 4.

20.

Trinam hanc denunciationem ita accipimus, vt inter singulas minimum deni intercedant dies: nec triduum sufficere arbitramur.

Arg. l. ad peremptorium 68. cum seqq. de iudic. l. promissor 21. §. 1. de const. pec. Negusant par. 6. memb. 1. num. 4. de pig. Donell. c. 12. de pign. & ad l. 4. n. 2. C. de dist. pig. Diss. gl. d. l. 4. in v. ter de pig. Schneid. d. §. contra n. 3. l. h. t.

21.

A tertia denunciatione biennium creditorem exspectare debere, priusquam pignus vendere possit, communis opinio adfirmat. a Nos tamen moti rationibus; omni tempore, debitore in mora constituto, legitime creditorem ad proscriptionem accedere posse, putamus b.

a per l. fin. §. 1. C. de iu. domin. impe. gl. in d. l. si conuenit. 4. de pignorat. act. b. cum Connan. 4. comm. 18. n. 6. 7. Donell. cap. 12. de pignor. cui opinioni & consuetudo accedit. Br. in d. l. si conue. Mynsing. §. contra n. f. in h. t. & ius Sax. Schn. d. §. in f.

22.

Sin vero pignus emtorem non inueniat, creditor post biennium, secundum modum & formam D. Iustiniani const. a expressam, ius dominij à principe b; hodiè à iudice Ordinario causæ, c impetrabit. d.

a d. l.

a d.l.f. §. 2. C. de iur. dom. impetr. b l. 2. C. d. t. d. l. f. §. 3. C. Schneid. d. §. contra n. 4. Negusant. par. 6. memb. 1. n. 10. de pign. d. Barnab. Briss. 4. select. antiq. 9. Connan. 4. comm. 18. n. 7. Donell. ad l. 4. n. 5. C. de distract. pign. & ad tit. C. de iur. dom. impetr.

23.

Sed ne tamen & hac ratione debitor quod quaeratur, habeat; adhuc ei permittitur intra biennij spacium, à die impetrati dominij computandum, creditori debitum cum usuris & damnis offerre, & pignus olim suppositum luere.

d. l. f. §. sin autem 3. v. & postquam C. de Iu. Dom. Impetr.

24.

De his sufficiat, nunc per quas personas nobis adquiratur, videbimus. Adquiratur nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos quos in potestate habemus. Item per seruos in quibus usumfructum habemus, & per seruos alienos quos bona fide possidemus.

pr. In. per quas person. cuiq. adquir.

25.

Si quid igitur filiofamil. in potestate constituto, ex re patris obueniatur, id totum parenti adquiratur. Quod vero ex alia causa sibi adquisiuit, huius usumfructum quidem patri acquirit, dominium autem apud eum remanet a Castrensis peculia ab hoc iure excipiuntur. b.

a §. igitur v. quod nobis, l. h. t. l. cum oportet 6. C. de bon. qua lib. b v. Cuiac. in not. & Borch. comm. In. h. t.

26.

Et iure veteri, parens emancipando liberum suum, a tertiam partem bonorum retinebat: hodie non amplius retinet quam usumfructum dimidiæ partis. Excepto & in hoc casu castrensi & quasi castrensi peculio. b.

A 3

a. ita

a. ita legit ex M.S. Rufardus. Cuiac. in not. & Borck. l. h. t. b. d. l. cum oportet. §. cum 3. C. de bon. qua lib. §. hoc quoq; l. b. t.

27.

Deinde dominium adquirimus per seruos nostros quicquid enim seruus ex traditione, donatione, legato, vel alia qua causa nanciscitur, id nobis ignorantibus & inuitis acquirit: adeò vt ne momento quidem in persona eius subsistat. *b.*

a. l. acquiritur 10. l. etiam 32. de adq. rer. dom. §. item nobis l. b. t. b. l. placet 79. de adq. vel omitt. hered.

28.

Verum si seruus heres sit institutus, non nisi iussu nostro hereditatem adire, eamq; nobis adquirere potest.

l. si quis. mihi 25. §. iussu d. adq. vel omitt. hered. d. §. item vobis l. b. t.

29.

Seruus, in quo vsumfructum quis habet, usufructuario acquirit tantum, si quid ex re ipsius, vel operis suis consequatur: Ex reliquis causis domino proprietatis acquiritur.

d. l. acquiritur 10. §. de his autem. de adq. rerum dom. §. de ijs autem l. b. t.

30.

Idem placet de eo qui à nobis bona fide possidetur, siue liber sit, siue seruus alienus, qui si quid extra duas illas causas adquirat, vel ad ipsum pertinet, si liber est. vel ad dominum, si seruus est.

d. l. acquiritur §. idem placet l. b. t. l. homo liber 54. §. vlt. D. d. adq. rer. dom. l. 1. C. de rei vind.

31.

Non solum autem proprietates per has personas nobis acquiritur, sed etiam possessio: adeò non tantum scien-

scientibus sed & ignorantibus : vt nec solum ex peculiari sed omni causa *b.* Quod tamen secundum superiorem distinctionem *c* accipiendum.

a. d. §. de ijs v. non solum l. h. t. l. acquiritur 10. §. non solum d. adq. rer. dom. b. l. si me in vacuam 34. §. vlt. d. adq. poss. l. nunquam 31. §. si seruus d. vsucap. l. 1. §. 5. item adquirimus. l. peregrè 44. §. 1. Dd. comm. in l. 1. §. per eum. de adq. poss. Cuiaci. 24. obs. 9. Diss. Conn. 3. com. 8. n. 9. Duare : ad d. §. per eum. l. 1. de adq. poss. Donell. 5. com. 8. Cuias. ad l. 62. d. V. O. à qua sententia discessit d. obseru. 9. c. thesis 29. & 30.

32.

Extra hos itaq; neq; per liberos homines, neq; per seruos alienos nobis quidquam acquiritur. Excepto eo quod per liberam personam (veluti per procuratorem, tutorem, curatorem) etiam ignorantes, possessionem nanciscamur: & per eam dominium, vel vsucapionis aut præscriptionis causam.

§. ex his l. h. t. l. 1. §. per procura. 30. de adq. poss. l. 1. l. 8. c. eod. l. si emtam. 47. de vsucap. l. si procu. 13. de adq. rer. dom. v. Donell. 5. com. 8. & hic de artiv. l. 37. §. f. de adq. rer. dom. & l. 13. de donat. v. Duare. l. 1. §. procurato. de adq. poss. & Donell. d. lib. 5. c. 10.

H A P E P T A

I. Quæritur : an mulier ob tacitam hypothecam quam pro dote in bonis mariti habet, creditoribus etiam antiquiorem expressam habentibus præferatur? Quod de iure verius putamus.

l. asiduis C. qui pot. in pign. vbi Martin. Mynsing. §. fuerat n. 12. & 13. In. de act. & 4. obseru. 13. Madaus cap. Quib. mod. pig. solv. n. 97. Cuias. ad d. l. asid. & ad nov. 91.

A 4

Ioan.

Joan. Robert. 3. animad. 14. Borch. d. S. fuer. Diff. Dyn. in c. qui prior n. 10. de R. l. in 6. Ioan. & Bart. ad d. l. assi. las. in d. S. fuer. n. 72. Zas. n. 24. Schneid. n. 58. Gail. 2. obs. 25. Negusant. pr. 4. n. 98. de pign. Donell. cap. 14. de pig. & ad d. l. assi. Vacon. à Vacu. 6. declar. 92. Couarruv. 2. var. resol. 6.

II. Postremò qr. si mutuo dati sint coronati C. cum singuli collocarentur grossis XXX; an hodiè, cum commutantur XXXIII; sint soluendi C. an vero XC. cum XXX. gross. vel quod idem est; sint ne soluendi Rhenani CXXII. cum VI. gr an CXI. cum III. gr? Verius opinamur esse; tempus contractus, non autem solutionis esse inspiciendum: vt debitor soluendo XC. Coron. cum XXX. gr. vel CXI. rhen. cum III. gr. liberetur.

Tiraq. de retractu §. 1. gl. 18. n. 26. Boer. decis. 327. n. 8. Anto. Gabr. Rom. lib. 3. concl. de solut. concl. 2. n. 2. Vvesemb. in parat. de reb. credi. n. 12. in f. Mynsing. cent. 4. obs. 1. Hotoman. 15. illust. quest. Donel. d. l. 3. n. 11. de reb. cred. Corras. 3. Miscell. 13. n. 5. Pinell. d. c. 3. n. 21. par. 1. rubr. C. de resc. vendit. Const. Elect. August. pr. 2. Const. 28. Diss. Couarruv. d. collat. vet. numism. c. 7. §. uni. n. 3. & plur. per eum rel. Gail. 2. obs. 73. n. 9. Cuiac. ad Nouell. 4. pag. 41. & ad l. 59. de V. O. Borch. c. unic. n. 59. Qua sint reg. feud. Schneid. §. sic itaq. n. 15. In. de act. latè Molin. tr. de commerc. & usur. q. 92. n. 706. ap. quem V. rationes pro utraq. sent. n. 694. & 703.

F I N I S.

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

RV

THESES

Disput. VII, lib. II, Instit.

Ex tit.

QVIBVS A-
LIEN. LIC. VEL NON.
ET PER QVAS PERS. CUI-
QUE ADQ. CVM CONCORD.
D. ET C. TITT.

QVAS
DEO TER. OPT. MAX. AVSP.

In pr. Instit. Coll.

Nob. Cl. Conf. Viri

DN. ARNOLDI DE REY-
GER I. V. D. ET IN INCL,
Ienensi Acad. Pandect. Profess. P. eius-
que absentis loco

PRÆSIDE

DN. IOACHIMO DELIO I. Cand.
*Discutiendas prop. & pro ingenio modulo
tutari conabitur*

VI. a. d. Cal. VIIIbris

hora & loc. conf.

IOACHIMVS QVILITZ
Neobrand. Megapol.

*Non facile est, permanere civitatem non legibus &
consuetudinibus compositam.*

Aristoteles 6. politicorum.

IENAE Ex typographico Tobia Steinmanni,
Anno M. D. XCIV.